

terre illius melioribus notus plurimisque in die ascensionis Domini in monasterio sancti Kanuti astantibus et ipsum sic contractum videntibus pariter et nervorum ex distensione confractiones audientibus choro cantante: 'Ascendens Christus in altum'¹, sanitatem per *merita ipsius Christi *f. 14v. martiris adeptus est. Multa eciam alia operatus est Dominus plurimis in locis meritis et precibus beati martiris suffragantibus; leprosos mundando, demones effugando², ydropicos, paraliticos, cecos, surdos, mutos et claudos, plurimos eciam diversis morborum generibus laborantes sanitati restituebat, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

9. Venerabilis³ vero Deo dilecti regis prudentissima coniunx — * — vita simul et regno excessit. Hic⁴ autem *f. 15r. Olavus de captivitate comitis Flandrie post discessum beati Kanuti per Nicolaum fratrem eius, postea successorem, liberatus est. Posuit enim se ipsum pro fratre obsidem, ut ille libere in Daniam regnaturus repatriaret. Qui cum regnasset, fraterne devocionis immemor, pincerne Pharaonis more fratrem redimere *contradixit. Sicut enim *f. 15v. ille Ioseph in carcere, ita iste Nicolaum reliquit in captivitate. Unde ipsius regis Olavi peccatis exigentibus pariter et vulgi Danie, regem et martirem Kanutum innocenter occidentis, omnibus diebus regni ipsius ager⁵ frugibus sterilis — — voluntate monarchiam obtinuit.

10. Moxque⁶ eo ad imperium evecto — * — demandat. *f. 16r. Rerum⁷ ergo gestarum apicibus in palam prolatis atque perlectis regisque mandatis ab internunciis facunde peroratis immensas omnipotenti grates exsolvunt, qui in diversis mundi partibus electos suos glorificando manifestat; ac ita demum comuni consilio et pari omnium

1) Nicht bei Chevalier. 2) Matth. 10, 8: 'leprosos munate, daemones eicite'. 3) 'Venerabilis — excessit' mit Veränderungen aus Ailn. cap. 31. 32, S. 127—130. 4) Dies nicht bei Ailn., vgl. die Notiz aus der Chronik des Radulfus Niger. Ebenso Saxo Buch 12, Anfang, a. a. O. S. 595. Abweichend die Knytlinga-Saga S. 257 ff., SS. XXIX, 280 ff. 5) 'ager — obtinuit' mit Veränderungen und Auslassungen aus Ailn. cap. 29. 32, S. 126 f. 130. 6) 'Moxque — demandat' ziemlich wörtlich aus Ailn. cap. 32. 33, S. 130 f. 7) Das folgende Satzungeheuer ist aus zwei Sätzen Ailnoths, die an ganz verschiedenen Stellen stehen (cap. 33, S. 131, cap. 6, S. 92), zusammengesetzt. Die Bestandteile sind wörtlich übernommen, aber nicht zu einer einheitlichen grammatischen Konstruktion verarbeitet worden, und so liefert der Satz einen neuen Beweis für die Abhängigkeit der Passio von Ailnoth.